



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 104. Papæ Legati in Anglia congregati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

Sæcul. XVI. hic Legatus, quod in hisce literis summo Pontifici sat fundatum suggererit
A. C. 1529 obtentum, quo divertii caussam ad Romanæ Curiae tribunal evocare posset, cum tamen id Henricus summopere pertimesceret, ac propterea erga hunc Cardinalem minus propensum exhiberet animum; id ubi Anna Bolena, quæ profumo Imperio Aulam regebat, animadverterat, infestos Volsæi casus ad explendum, quo Cardinalem prosequebatur, odium convertere fatagebat, nullasque eidem molestias inferendi occasiones prætermittebat; hanc ob rem Nobilem Catenium, qui Volsæi opera aula abesse jussus fuerat, revocavit, cunctisque injuriis, quas eidem vindicandi libido dictabat, Cardinalem afficit. Jamjam Volsæus Regiæ indignationis effectus non sine acerbissimo dolore sentiebat, nec tamen amplius malo remedium supererat.

§. CIV.

Papæ Legati in Anglia congregati.

Interea Henricus Rex nullum non movebat lapidem, ut divertii sui causa, quam omnino in Anglia dirimi voluit, coram se ac Campegio strenue urgeretur. Hanc in rem die decima tercia Maji Cancellarius diploma regio si-

gillo

gillo munitum expediri jussit, quo Le- Sæcul. XVI.
 gatis facultas concedebat, ut hanc A.C. 1529.
 cauſam plene cognoscendi potestatem
 ipſis demandatam exequi poſſent. Al-
 latæ fuerunt hæ literæ per Lincolnien-
 ſem Episcopum, qui eas Legatorum
 Protonotario tradidit. His ab eodem
 alta voce perlectis ambo Cardinales has-
 ce literas acceptarunt, polliciti, ſe jux-
 ta illarum tenorem hac in re processu-
 ros, quo facto quantocius Secretarii,
 qui pro hoc tribunali feligebantur, fi-
 dem ſuam Sacramenti Religione obſtrin-
 gere jubebantur, ſimulque diploma A- *Vide supra*
 postolicum, quod ex Hispania affereba-
 tur, diſcuffum fuit, illudque ex pluri-
 bus rationibus, quas ex præfato Regno
 Leeus ac Vigorniensis Episcopus per-
 ſcripferant, mere confictum probabatur.
 Nam primo, inquiebant illi, hujus di-
 plomatis authographum eis exhibere,
 Hispani conſtanter recuſarunt. II. Nun-
 quam certum quid comperire poṭuerunt,
 qua demum ratione hoc diploma denuo
 inventum fuerit, cum nonnulli affir-
 ment, illud fuſſe repertum in ſcriniis
 Peublæ Doctoris, qui paulo ante Hen-
 rici VII. obitum Ferdinandi Regis in
 Anglia legatus fuerat; alii ex adverſo
 affererent, præfatum diploma in Regis
 Hispaniæ tabulario fuſſe affervatum.
 III. Hoc Breve necnon & Pontificis

Bulla

Sæcul. XVI. Bulla eodem Mense ac omnino eadem
A.C. 1529. vigesima sexta Decembris die datæ le-
guntur, cum tamen in expediendis A-
postolicis Literis, quas *Brevia* vocant,
Milord Her- bert in vita nonnisi a die Nativitatis Dominicæ ini-
~~& Hist. Reg-~~
ni Henrici VIII. tum sumatur, Bullæ vero primum ex-
eunte Mense Martio expediri soleant.

IV. Hoc diploma nec Romæ nec in An-
glia unquam exstabat, cum tamen lon-
ge magis vero simile sit, quod illud, si
legitimum foret, in hisce potius Regio-
nibus quam in Hispania fuisse repertum.
Præter hasce rationes Burnetus aliud
adhuc in hoc diplomate vitium dete-
xit, quod tamen nec a Regis fautori-
bus, nec ab ipsis Legatis tum obser-
atum fuisse refert, aitque in eo loco Isa-
bellæ nomen Elisabethæ fuisse subroga-
tum, perinde acsi Isabella & Elisabetha
diversa forent nomina.

§. CV.

*Novi diplomatis veritas a Regina
Angliae demonstrata.*

Haud ægre allata rationum momenta
confutari, ac diplomatis veritas
comprobari poterant; hanc in rem pri-
mo ita perorabant Reginæ fautores, nil
magis certum est, quam quod Carolus
V. hujus diplomatis auctographum sum-
ma cum sollicitudine potissimum ea ex-
caussa